

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Saul sepelitur.

principi. cum ipsa ciuitas et corporibus et animalibus viros habuerit valde robustos. tota nocte iter agentes. venerunt ad ciuitatem bethsan. et accedentes ad muros hostium. et deponentes corpus saul et filiorum eius. detulerunt in iabes. hostibus propter fortitudinem eorum nequaquam prohibere valentibus. aut presumptibus. **¶** Viri autem iabes cum omni populo flentes. sepelierunt corpora eorum. in optimo loco prouidentie que segetem appellant. et ieiunium septem dierum cum mulieribus et infantibus super eos celebrauerunt. tundentes pectora. ac lugentes regem. et filios eius. et exercitum domini. nec cibum desiderantes gustare vel potum. **¶** Hunc itaque finem saul prophetae samuel habuit. quia obediens deo non fuit. propter mandata que contra amalechitas acceperat et quod abimelech sacerdotis generacionem. et ipsum abimelech. et sacerdotum vna perimit urbem. **¶** Regnavit ergo saul samuel quidem vivente annis decem et octo. moriente autem samuel alios duos. qui huiusmodi habita conuersatione defunctus est.

**H**ec sunt capitula in libro septimo iosephi historie antiquitatis iudaice. **¶ i.**

Quomodo dauid quidem super omnem tribum in hebreo ciuitate regnavit. et super aliam multitudinem filius saul. **¶ Capitulum secundum.**

Quia eo interfecto dolo amicorum. omne regnum dauid accepit. **¶ Capitulum tertium.**

Quomodo obsides hierosolimam dauid. et capientes ciuitatem. expulit quidem ex ea chananecos. et iudeos in ea constituit. et de amicitia facta inter ipsum. et iram tyri regem. **¶ Ca. quartum.**

Quomodo pugnae contra se palestinianos in hierosolimis vicis. et de arca dei de cariattharim in hierosolimam deuota. **¶ Ca. quintum.**

Pugna quam habuit dauid contra palestinianos. et moabitas. et adrazan regem. et damascenos. atque victoria. et de amicitia facta inter ipsum et thou regem. **¶ Ca. sextum.**

Quomodo contra amonitas. et mesopotamenos pugnaverit. ac prevaluerit. **¶ Ca. vii.**

Quoniam dauid concubuit cum bethsamee uxore viri. et ipsum virum fecit occidi gladio filiorum amon. et de verbo nathan ad eum missi pro peccato quod commiserat. **¶ Capitulum viii.**

Quoniam ammon filius dauid mixtus est sorori sue thamar. pro qua re absolon frater eius interfecit eum. et de fuga absolon. et reuocatione ipsius ad patrem. **¶ Capitulum ix.**

Quomodo domo domesticis contra eum. seditionem facientibus

a filio sit expulsus. et deo dum pugnaret contra suum patrem absolon. cum exercitu suo deperit. **¶ x.**

Quomodo post mortem absolon dauid reuersus est ad regnum et ad sedem regni hierosolimam. et de seditione quam mouit contra eum seba filius bochi. **¶ xi.**

De expiatione sceleris quod commisit saul in gabao. nitas. cuius causa facta est fames in prouidentia. et de preliis aduersus palestinianos feliciter gestis. seu de fortibus dauid. **¶ Capitulum xij.**

Quomodo rex dauid iussit dinumerare populum contra mandatum domini. et de plaga que secuta est transgressionem. **¶ Capitulum xij.**

Rex dauid feliciter vivens in regno. salomoni filio mandauit de edificacione templi. et quantam materiam ei auri et argenti lapidumque preciosorum parauerit ad templi edificium. **¶ Ca. xiiij.**

Quomodo rex dauid senex factus et frigidus. pro adolescentulam virginem nomine abisag calefactus est et de adonia filio dauid. qui usurpauit sibi imperium. et quomodo salomon vincens est in regem iubente dauid patre eius. cui rursus mandauit edificationem templi. dans ei descriptionem et constitutionem edificij. **¶ Capitulum xv.**

Rex dauid sciens se moriturum. et vocans filium suum salomonem plenius instruxit eum de obseruatione mandatorum dei. et de his quos nouerat pena dignos. post hoc mortuus est. et sepultus a filio suo salomone. et multe diuitie cum eo sunt recondite. **¶ Continet hic liber tempora annorum quadraginta**

Incipit liber septimus.

**D**avidum itaque prelium gestum est die. qua deo victis amalechitis reuersus est in siclech. Et cum iam ibi duos habitaret dies. tertia die venit quidam

liberatus a pugna. que contra palestinianos fuerat gesta. et qui saul interemerat scissa veste. et aspro capite cinere. Qui dum adorasset dauid. interrogatus. unde tali modo venerit. ait. ab israelitarum pugna quibus infeliciter terminum pruenisse dicebat. et multa quidem hebreorum milia fuisse necata. et regem patris eorum saul cum filiis interemptum significabatque vidisse se et hebreorum fugam. et fugientem quoque regi fuisse presentem. quem etiam ne